



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Liber IIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER OCTAVUS.
TITULUS I.

De Obligatione Beneficiati in genere.

SUMMARI A.

- 1. Beneficiatio qua Obligatio Generalis.
- 2. Ad qua tenetur onera.
- 3. Qua spiritualia.
- 4. Qua Realia.
- 5. Quibus praestantur haec: & qua.
- 6. Spiritualia sunt duplicia.
- 7. Communia qua?
- 8. A quibus subeunda.
- 9. Qui excusantur.
- 10. Specialia onera qua.

Generalis Clerici & Beneficiati Obligatio est, ut deseruiat Ecclesiae in qua est intitulatus, & possidet beneficium.

Tenetur ad onera. Quae vel sunt realia, vel spiritualia.

Haec sunt officia & opera pietatis, quae impenduntur Ecclesiae: & praestantur labore & animo Clericorum.

Illa sunt quasi patrimoniorum munera, quae exhibentur sumptibus & proventibus beneficii.

Praestantur ea ab inferioribus Clericis, vel Praelatis Superioribus, vel Principibus.

Praelatis, Quarta Decimarum, Primitiarum, Oblationum, mortuorum; Jus Cathedralici; Procuratoris sive Visitationis; Annate, [Nun] 2 Deci-

Decime Pontificales, & ejusmodi: de quibus diximus jam supra.

Principibus penduntur interdum tributa, *angarie, parangarie,* aliaque jura, quorum fortè immunitatem non habet Ecclesia; vel in locis in quibus non habet. *l. neminem. l. i. l. placet. 5. Cod. de SS. Ecclis. & tot. tit. de immunit. Eccles. in 6.*

6 *Spiritualia onera sunt aut omnium Clericorum communis, & Clericis omnibus injuncta; aut specialiter quibusdam beneficiis imposita.*

7 *Communis sunt, onus dicendi Officium diurnum & nocturnum: certis & designatis horis; c. fin. dist. 62, c. 1. de celebrat. Missar. attentè, devotè, sine syncopatione & interruptione, c. dolentes. eod.*

8 *Subeunda ab omnibus Clericis, etiam beneficium non habentibus; nec ex iis ullus ea sine peccato mortali & depositionis pena, nisi deprecetur veniam, omittere potest. d. c. 1. & can. fin. dist. 92. Panor. in Clem. 1. de celebrat. Missar. Gloss. in verb. teneatur. tit. qualiter hinc canonica dicenda sint contra chorum in pragm. sanct.*

9 *Excusantur tamen infirmi, & hi quos impedit occupatio repetita, quæ sine peccato vel scandalo omitti non potest.*

10 *Onera beneficiis specialiter imposita, sunt secundum diversas beneficiorum qualitates diversa: ut si præbendæ annexum sit onus dicendi Missam diariam, c. significasti. de præbend. administrandi sacramenta, prædicandi verbum Dei, prælegendi, aut quid simile. Dicitur de benefic. sect. 19. in princ.*

TITULUS II.

De Residentia Beneficiatorum in genere.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Continuatio.</i> | 3. <i>Quare.</i> |
| 2. <i>Omne Beneficium requirit Residentiam.</i> | 4. <i>Ab Ecclesia demigrantes à Gracis appellantur.</i> |

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

- tur Desertores. ne, sint Simplicia.
 5. Residere ergo debent Clerici in suis beneficiis. 8. Qua cessat, ubi est consuetudo contraria.
 6. Etiam de jure Civili. 9. Quid si Clerici sint vagabundi.
 7. Nisi, sed de consuetudine.

Propter illa onera, Spiritualia quae dicuntur, siue sint communia, siue specialia, Beneficiorum fructus, de quibus egimus, praecedenti libro, percipiuntur; in quibus beneficiis, ut illa subeant onera, intitulati residere perpetuo debent.

Dicit D. Hieronymus super Levitico: Si quis vult esse Pontifex, non tam vocabulo, quam merito; imitetur Moysen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? quod non descendebant de Tabernaculo Domini.

Et est recepta generalis regula: Omne beneficium requirere Residentiam. c. 3. & 4. & per tot. de Cleric. non resident. c. ad haec. de praeb. can. singula. dist. 89.

Cum enim nullus Clericus ordinari possit, quin intuletur Ecclesiae certae, d. c. 3. de Cleric. conjug. perseverare debet in ea, cui nomen dedit & fuit adscriptus: nec ei licet ab una demigrare in aliam. can. Sanctorum. dist. 70.

Facientes hoc Concilii Sardicensis (ex quo desumptum c. 1. de Cleric. non resid.) Interpretes Graeci appellant Ecclesiae desertores. Synensis epist. 67. ad Theophylum Βακαριστος, quasi discreti Vagantes, tracta appellatione à voce Latina; non vacantes, id est, otiosos, desides, vacuos; ut alias Βακαριστος exponitur. Suidas, Βακαριστος οχλαστος, μη παραβήσαν τῶ πράγματι αὐτῶ; vacantia, otium est.

Residere ergo debent Clerici in suis beneficiis, etiam modicis; c. conquereute. 6. c. inter 10. eod. etiam simplicibus c. fin. de rescript. in 6. Gloss. in c. execrabilis. Extrav. Joh. 12. de praebend. Garcias. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 1.

Quod & constitutionibus Imperatoris in Novel. 6. §. interdicimus. Novel. 123. l. generaliter §. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. & Decretis Concilii Tridentini sess. can. 1. & 2. de reform. est consentaneum.

- 7 Consuetudo tamen generalis ab omni residentia exemit Beneficia Simplicia; ut ubique docent Interpretes. *Albert. Sbroius de vero et perfecto Clerico. lib. 2. cap. 44. num. 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. de non residendo. num. 8. Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo beneficium. Hojeda tract. de incompatibil. Benefic. cap. 17. num. 25. aliquos delegati per Garciam. d. loc. num. 3. Leo in Thesouro fori Eccles. part. 7. cap. 2. num. 2.*
- 8 Cessat tamen ea, ubi statutum vel consuetudo specialis est in contrarium: *Felin. in c. dilectus. 2. num. 1. de rescript. Jacob. de Grassi. in decis. aureis. casuum conscientie. lib. 2. cap. 29. Zerola d. loco. §. 73. Garc. d. loco. num. 11. ut si beneficia simplicia habeant administrationem & exercitium curæ annexum: Garc. d. loco. num. 170. cum seqq.*
- 9 Cessat ejus vigor, si Clerici talia beneficia habentes sint vagandi: possuntque ob delictum vagationis, servatis de jure servandis, legitimo contra ipsos formato processu, illis jure privari: *Gloss. aut. in can. non oportet. de consecrat. dist. 5. Innoc. in c. ex tua devotionis. n. 4. Abb. num. 14. de Cleric. non resident. Corset. in sing. verb. Vagantia. Diaz. pract. Crimine: cap. 53. num. 4. Leo. d. loco. num. 9.*

TITULUS III.

De Residentia curam animarum habentium.

SUMMARI A.

- | | |
|---|--------------------------------|
| 1. Residentiam debent omnes, quibus animarum cura commissa, idque | 4. Divino. |
| 2. De Jure Canonico: | 5. Ex ratione Naturali. |
| 3. Justiniano: | 6. Romanorum mos. |
| | 7. Ejus ratio. |
| | 8. Episcoporum vagantium pena. |

9. Ultra

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

9. *Ultra trimestre singulis annis abesse non possunt: nec unquam sine justa causa.*
10. *Qua talis.*
11. *Allegari, & in scriptis approbati debet regulariter.*
12. *Qua hic Metropolitana auctoritas.*
13. *Quando Parochis abesse liceat.*
14. *Absentium sine licentia & causa qua poena.*
15. *Qui fructus, quibus erogandi.*
16. *Quando discessus Parocho innocuus.*
17. *Quid si licentiam nolit concedere Ordinarius.*
18. *Qua excusent Parochum, & qua non.*
19. *Parochus existens, Parochiali & officio suo non fungens, an fructus faciat suos.*
20. *Docentes & Studentes in Scholis an excusentur à Residentia.*
21. *An indigent licentia.*
22. *Non residens, cum teneatur Beneficiatus, non privatur ipso jure.*
23. *Omnino Parochus, si non resideat.*
24. *Privationem qua debeant precedere.*
25. *Ejus executio non potest suspendi.*
26. *Dicta etiam obtinent in habentibus Cura animarum exercitium.*

Residentiam debent, de jure non tantum Canonico, sed & Justiniano, & Divino, Episcopi & alii Pastores, etiam Parochi; omnesque quibus animarum cura est commissa: ex quo tenentur gregem sibi commissum pascere. Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. de reform. & sess. 23. cap. 1. de reform. Navar. de horis Canon. cap. 44.

De Jure Canonico; inc. 2. c. Conquerente. 6. cap. quia nonnulli. 3. 2
de

de Cleric. non resid. can. si Rectar. dist. 43. can. adversus. 7. qu. 1. c. nisi de renuntiat.

3 De Jure Justiniano; in Novel. 6. cap. 2. ubi Justinianus statuit: Ut nemo venerabilium Episcoporum foris à sua Ecclesia plus quam per totum annum absit; nisi per Imperialem jussum, aliàs absentes per Pontifarchas revocari jubet, contumaces Episcopatu privari: In Novel. 11. cap. 9. interdicat Episcopo ultra annum relinquere Ecclesiam suam, etiam ex necessitate citra Metropolitanì & Imperatoris licentiam: Si fuerit, admoneri vult, ut redeat, si non faciat, revocari intra certum tempus; si non pareat, Episcopatu expelli.

4 De Jure Divino; Est enim in eo Residentiæ ratio fundata: Adhuc 20. vers. 28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisistis sanguine suo. Et D. Paulus 2. Timoth. 4. ut in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem non possunt, si mercenarium more greges sibi commissos deserant, si eorum custodia non incumbant: Quam sine maximo peccato omittere non possunt, obnoxioribus reddendis animarum, quæ perierint eorum negligentia & absentia: Sanguis enim istarum de manibus illorum à Supremo judicatorequirendus. Ezechiel. 33. & 34. can. Ephesius. dist. 43.

5 Suadet etiam Residentiam Naturalis ratio: Absentibus enim Episcopis & Præpositis, solent res & ædificia Ecclesiarum negligi, hæreses in gregem Dominicum favire: Sentit hoc ipsa Roma: Sede Apostolica in Galliam translata: Platina in Clem. V. vita. Magistratum sollicitudo & cura desiderat Præpositos præsentis.

6 Prudenter propterea à Romanis statutum: Nè liceret Provinciæ Præsidi egredi Provinciam, nisi voti solvendi gratia, & ea lege, nè abnotaret. l. illud. 15. ff. de offic. Præsidi. Nè Tribunus Plebis per unum diem abesset Roma: Dio Cassius lib. histor. 27. Nè Senatores, jus dicendi sententiam in Senatu habentes, & Magistratus Minores longius abirent ab Urbe, quam redire possent eo die: Livius lib. 36. Græcum Noct. Atticar. cap. 2. Nec Prætori Urbano ultra decem dies Urbe abesse licuit. Cicero in Philippica.

Recitum

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiæ

G IV.

32

Rectius etiam geritur negotium, ubi praesens & testis est is, cujus est ipsum negotium. Hinc illud proverbium; Frons occipitio prior, id est, potior & melior, apud Plinium, *lib. 18. histor. Natur. cap. 6.*

Merito ergo Episcopi, qui propriae salutis immemores, terrena caelestibus, humana divinis praefidentes, in diversis vagantur curiis, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum neglecta cura, se detinent occupati, per menses sex continuos, extra suas Dioeceses, absunt citra impedimenta legitima; quartae partis fructuum unius anni, fabricae Ecclesiae, aut pauperibus, *Navarr. in manual. cap. 25. num. 121. & cons. 20. num. 4. de declarat. Missar. Gigas d. loco, num. 30.* Dioecesis, quibus maluerint, *Garcias d. loco, num. 31* applicandorum, poenam ipso jure incurrunt; Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam quartam partem, similiter applicandam, amittunt. Et crescentem contumacia, ut severiori sacrorum canonum censurae subiciantur, Metropolitanus Suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem, Suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub poena interdicti ingressus Ecclesiae eo ipso incurrenda, intra tres menses per litteras seu Nuncium denunciare tenetur Pontifici Romano; Qui suae Supremae Sedis auctoritate, in ipsos absentes, prout cujusque aut minor aut major exegerit contumacia, animadvertere, & sicut in Domino expedire noverit, ipsis Ecclesiis de Pastoribus utilioribus providere possit. *c. 1. & 2. c. ex parte. 8. c. ex tua. 11. de Cleric. non resid. Concil. Trident. d. sess. 6. de reform. cap. 1. §. ac nihilominus. & §. si quis. sess. 23. de reform. cap. 1. Leo d. loco, num. 4. Lessius de Justit. & jure. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 155. cum seqq. Zypaeus in Anal. Juris Pontif. Novit. de Cleric. non resident. num. 7.*

Episcopus enim diu a sua residentia absens jure privari potest. *d. c. 2. c. qualiter. 19. eod.* Praecipue autem diebus adventus Domini, resurrectionis Domini, Pentecostes, & corporis Christi, *can. si quis in Clero. 7. quest. 1.* & tempore quadragesimali, *Concil. Tridentin. d. sess. 23. de reform. cap. 1. circa med. abesse potest.*

Nec ultra trimestre singulis annis, sive continuum, sive interruptum [quod etiam aequa ex causa, & absque ullo gregis detrimento fieri debet] unquam abesse potest.

[Ooo]

Con-

- 10 Conceditur illud temporis spatium, cum Christiana charitas, urgens necessitas, evidens Ecclesie vel Reipublice utilitas, exposita. *d. Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 1. post. c. ad supplicationem. de reman. c. relatum. 4. c. de cetero. 7. c. tue fraternitatis. 12. de Cleric. non resident. can. quorundam. dist. 74.*
- 11 Absente cupiens, dictas causas allegare debet, & ut eas Papa, aut Metropolitanus, vel eo absente, Suffraganeus Episcopus antiquior, approbet in scriptis, petere & obtinere: Nisi cum absentia incidit propter munus aliquot, & Reipublice officium Episcopatus adjunctum: Cujus quoniam causae sunt notoriae & interdum repetinae, non erit necessè illud denunciare Metropolitanò.
- 12 Est tamen hujus cum Concilio Provinciae judicare de licentia à se, vel suffraganeo datis, & videre, nè quis iis abutatur, & errorem punire. *Concil. Tridentin. d. sess. 23. de reform. cap. 1. §. nam cum Leo. d. loc. num. 8.*
- 13 Parochis autem sine licentia, in scriptis habita, [quae gratis, & nisi ex gravi causa, ultra bimestre concedi non debet;] & idoneo Vicario, ab Ordinario approbato, qui Parochiali Ecclesiae interim inferviat, cum debita mercedis assignatione, deputato, absente non licet. *d. Concil. Tridentin. d. sess. 23. de reformat. cap. 1. §. eadem omnino. vers. discedendi. & sess. 6. de reform. cap. 2.*
- 14 Si sine causa & licentia absint, mortalis peccati reatum incurunt, & pro rata temporis absentiae fructus non faciunt suos: *Garc. d. loco. num. 26. Leo. d. loco. num. 15. & si moniti non redierint, possunt privari. c. inter quatuor. & c. fin. de Cleric. non resident.*
- 15 Fructus autem ii à superioribus, rejecta compositione, *Concil. Tridentin. d. cap. 1. vers. si quis autem. & vers. eadem omnino. Novor. d. cap. 25. num. 121. Enriq. in Sum. lib. 7. cap. 36. §. 3. erogandi, fabricae Ecclesiarum, aut pauperibus; Lopez. instruit. can. scientia tom. 2. part. 2. cap. 10. Leo. d. loco. num. 15. Garc. d. loco. num. 30. ipsius Parochiae. Garc. d. loco. num. 31. etiam si Ecclesia parochialis nec indigeat, nec in parochia sint pauperes. d. sess. 23. cap. 1. & ibi S. Congreg. Cardin. Leo. d. loco. num. 15. Garc. d. loco. num. 31.*
- 16 Discessus tamen Parocho, non petita ab Ordinario licentia, erit inno-

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

GA IV.

32

innocius, si talis se discedendi causa offerat, quæ non patiatur dilationem, & in petendo licentiam periculum sit in mora: modò de discessu quam primum certior Ordinarius & de causa cognoscat, detque licentiam; nisi in brevi sit reversurus. *Abbas. in d.c. relatum in num. 6. Angel. in sum. vers. Clericus. §. 3. S. Congreg. ref. Garc. d. loc. numer. 34.*

Non sufficit Parocho volenti discedere, petere licentiam, sed opus ut obtineat. *Abb. in d.c. relatum. Et ita censuit S. Congreg. teste Garcia. d. loc. num. 37.*

Verùm si morosus & difficilis sit Ordinarius, & licentiam dare recuset, per viam appellationis, adire potest Superiorem, *Panorm. in d.c. relatum. & ibi Butrio. Datis de benef. sent. 19. cap. 1. vers. nec quaque sufficit: Eiusque tenetur expectare decisionem. Garc. d. loc. numer. 39.*

Non excusat, secund. Congregat. Concilii, ad d. c. 1. Conc. Parochum à residentia, Servitium Episcopi, aut Cathedralis, aut Inquisitionis: *Emanuel Sa. verb. residentia. Gonzal. ad reg. Cancell. de resident. Gloss. 6. à num. 255. Nec lis super parochiali regulariter: Garcia. d. loco. num. 47. Omnino litis persecutio super juribus & bonis parochialibus: c. ex parte tua. 13. de Cleric. non resident. Navarr. conf. 14. eod. tit. non tamen concedi debet licentia ad tempus multum: propter Concilium Tridentinum. d. cap. 1. sess. 24. Zippæus d. loco, numer. 24.*

Similiter lis super dignitate aut Canonicatu, & persecutio ipsius non excusat possessorem à residentia; ultra tempus à Concilio permissum; *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. excusat litis super juribus seu bonis Dignitatis aut Canonicatus sui persecutio; aded ut lucretur fructus durante absentia: d. c. ex parte. & c. cum non doceat. de elect. in 6. Navarr. d. conf. 14. Afflic. decis. 289. numer. 35.*

Parochus existens in Parochiali, non tamen officium Parochiale exercens, nec Parochianis administrans Sacramenta, per se, ut debet, si velit officio sibi injuncto defungi; *c. extirpandæ. §. qui verò Concil. Tridentin. d. cap. 1. Sed per Vicarium; licet non resideat ut do-*
 [Ooo 2] bet

ber, cum effectu, *Grassus in decis. aur. cas. conscient. lib. 2. cap. 97. Zachus de mun. Episcop. cap. 5. num. 1.* nihilominus videtur fructus facere suos: Cum non dici possit absens. *Garcias. d. loc. numer. 52. cum seqq.*

20 Docentes in Scholis approbati, *c. rna. 12. de Cleric. non resident. Theologiam vel Jus Canonicum publice, c. fin. de Magistr. Concil. Tridentin. sess. 5. de reform. cap. 11.* & Studentes in eis per quinquennium de jure Communi excusantur à residentia: & in absentia fructus suorum Beneficiorum recipiunt. *c. fin. de Magistr. & ibi Abb. Annania & Felia. c. licet. de prebend. c. cum ex eo. de elect. c. 2. de privileg. in 6. & ibi Franc. ad fin. Clem. 1. §. ceterum. vers. sanè de statu Monach. Rebuff. in prim. benefic. tit. de dispensat. de non residendo. num. 25. Horat. Lucius tract. de his qui gaudent privileg. Scholar. privileg. 29. & 31. Darris d. loco. vers. alterum dubium.*

21 Licentiâ tamen Ordinarii indigent: *d. c. relatum. & ibi Gloss. verb. Pralatum. & ibid. Butr. Inola & Abbas & in d. c. tua. de Cleric. non resident. Horat. Lucid. privileg. 99. c. cum ex eo. de elect. in 6. Darris d. loco. versic. verius est. etiam de Jure Novo. Zerola ad verb. studium. §. 1. Garcias. d. loco. num. 87.* Sed consuetudo ferè ubique est, ut non petatur; *sec. Innoc. Hostiens. & alios in d. c. relatum. & c. inter quatuor. 10. eod. Darris d. loco. vers. hic tamen.*

22 Beneficiatus in beneficio residentiam requirente, non residentis, eo privatur; *d. c. conquerente. & ibi Innocent. & Abbas. Diaz. in pract. Crim. Canon. cap. 52. non ipso jure, Abbas in d. c. ex parte. num. 2. Calder. & Imol. in c. ex tua. eod. Sed præviâ factâ monitione, ut resident. c. ex parte. c. qualiter. c. quatuor. c. fin. & ibi Gloss. eod. Mandos. de monition. quest. 39. num. 2. Rebuff. d. loco. num. 12.* Nec opus solemnî citationis ordineve judiciario. *d. c. ex parte. d. c. qualiter. d. c. ex tua. d. c. fin. de Cleric. non resident. Felin. in c. 2. num. 3. de rescript.*

23 Ipso jure beneficio parochiali seu Curato privatur, in eo non residentis; *c. extirpanda. S. qui verò. in fin. de prebend. vid. Gare. d. loco. numer. 133.* etiam citra monitionem præambulam. *Abbas in d. §. qui verò. Gloss. in l. 1. verb. reddere. Cod. de his quib. ut indign. & ibi Bart. Bald. Angel. Salic. Alexand. per c. cum dilect. de dolo & contum. c. quam.*

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV

32

vis. de offic. Ordin. in 6. Selva de benefic. part. 4. quest. 4. Sed hoc per Concilium Tridentinum mutatum: Quo statutum, liberum esse Ordinariis, Parochos non residentes & contumaces, per censuras Ecclesiasticas, fructuumque sequestrationem & subtractionem, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere. *sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. quod si per Edictum. & S. Congreg. sup. d. Capit. Flam. Paris. de resignat. Benefic. lib. 1. cap. 10. num. 61.*

Privationem debet præcedere sex mensium lapsus & trinis monitio, 24 per Edictum, cum termino competenti; *d. c. ex tua. & ibi Abb. de Cleric. non resident. Idem Abb. & Dd. in c. quoniam frequenter. §. porro. num. 10. & 11. Ut lite non contest. Selva, d. part. 4. qu. 5. Zerolain praxi Episcop. 1. part. verb. privatio. §. 3.* puta, cum ignoratur, ubi Beneficiatus non Residentis sit, vel personaliter commodè citari non potest. Aliàs sufficit citatio una, etiam extrajudicialis; nec necesse expectari semestre, sed tempus erit arbitrium. *Garcias d. loco. n. 155. cum seqq.*

Cujus pena privationis, ut & aliarum contra Parochos non residentes statutarum Executio, nec privilegio, nec licentia, familiaritate, exemptione, statuto, consuetudine, etiam immemoriali, nec appellatione aut inhibitione suspendi potest. *Concil. Trident. d. sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. quod si per Edictum. Joan. Ocon. in d. c. 1. de Cleric. non resident. in 6. Sabagun. in c. 2. de sequestrat. possess. num. 54.*

Dicta obligatio & onus residentia personalis non solum locum 26 habet in habentibus verè curam animarum & Beneficia curata; nempe qui suo nomine & singulariter sunt Parochi, & Ecclesia Rectores; sed & in habentibus exercitium Curæ in Ecclesiis, in quibus Cura per plures administratur, quarum Beneficia non sunt propriè curata: Habent enim re & effectu animarum curam; & jus divinum & naturale, non subtilitates attendit, sed effectum & substantiam, & Concilium. *d. sess. 23. cap. 1. & sess. 7. de reformat. cap. 3.* loquitur absolute & generaliter de Beneficiis animarum curam habentibus: *Garcias. d. loco. num. 163. cum seqq.* non tantum in titulum, sed etiam in Commendam. *Concil. Trident. sess. 6. de reformat. d. cap. 2. & sess. 23. cap. 1. vers. eadem omnino juncto princ. ubi, quocunque nomine & titulo prefatos, S. Congregatio Concilii declarat. ad d. loc.*

TITULUS IV.

De Residentia Dignitatum, & Canoniorum.

SUMMARI A.

1. Dignitates & Canonici obtinentes, ultra tres menses singulis annis regulariter abesse non possunt.
2. Ubi residere debeant duplici gaudentes Beneficio.
3. Absentes ultra tempus peccant mortaliter.
4. Quid si Dignitatibus annexa Visitatio.
5. Absentia ulterioris licentiam, nec dare potest Capitulum, nec Episcopus.
6. Residere tenentur obtinentes Dignitates, non tantum habentes expectantiam.
7. Obire illi tenentur officia sua per se.
8. Suae obligationi satisfaciunt a Capitulis abesse possunt.

AD Residentiam etiam tenentur, qui in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canonatus, Præbendas obtinent; ita ut, cujuslibet statuti aut consuetudinis vigore, ultra menses tres continuos, aut interpellatos, *Bart. u. 2. Abb. num. 6. in c. licet. de supplend. negl. Præl. Bart. & alii in l. cum dis. sextus. ff. d. verb. signif. Francus. in c. quam sit. S. electus. num. 4. de elec. in 6.* (ut declaravit Sacra Congregatio) ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse eis non liceat: Constitutionibus tamen earum Ecclesiarum.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

clesiarum statutis, longius si servitii tempus requirant, salvis. *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. praterea obtinentibus.*

Dignitatem principalem in Collegiata quæ & Sedem in Cathedrali habet, obtinens, residere debet in Collegiata. *Abbas in c. extirpandæ. §. qui vero. num. 5. ubi & Hostiens. num. 8. de præbend. Garcias de benefic. part. 3. cap. 2. num. 182.*

Canonicatum & Monasterium habens in Commendam, residere debet in Monasterio; nisi illud à cura animarum sit liberum. *S. Congregatio Concilii.*

Habens *Canonicatum & Parochialem* in duabus Dicecesibus, si non residet ex permissu Episcopi in Parochiali, residere debet in Canonicatu. *Bulla Pii V.*

Duas ex dispensatione habens *Dignitates* seu *Canonicatus*, residere tenetur in digniori. *S. Congregat. Concilii. Garc. d. loco. num. 185.*

Et habens ex dispensatione duo *Beneficia* requirentia residentiam, residere debet in eo quod majorem necessitatem seu residendi causam habet: Si habent æqualem, in qua maluerit. *S. Congreg. teste Garcia d. loco. num. 186.*

Idem est in habente duas *Parochiales* unitas. *Garc. d. loco & numer.*

Canonici, & obtinentes *Dignitates*, ultra tempus per Concilium Tridentinum permissum, si notabiliter absint, peccant mortaliter; Contraveniunt gravissimo Concilii præcepto, nec suæ obligationi satisfaciunt. *Garcias d. loco. num. 321.* Licet resident in civitate, in qua est Ecclesia; modo abfuerint à servitio Ecclesiæ. *Declarat. S. Congregat. Cardin. supra d. cap. 12. Garcias d. loc. num. 323.*

Qui obtinent *Dignitates*, quibus incumbit visitatio, possunt ratione visitationis absse ultra tres menses, & fructus dignitatum lucrari; non distributiones quotidianas: *Garc. d. loco, num. 336.* nisi sit alia consuetudo: visitando enim inserviunt Ecclesiæ. *Monachus in c. 1. num. 2. de Cleric. non resid. in 6. & ibid. Joan. Andr. Domin. in princ. num. 2. Prob. num. 11.* Nisi visitent in loco, ubi est Ecclesia: *Garcias d. loco. num. 336.*

Absentiæ licentiam ultra tempus à Concilio permissum, licet ad tem-

tempus breve & ex causa justa & rationabili, sed in iure non comprehenditur, nec dare potest Capitulum: Cum non potest dispensare in Legge Superioris. Qualis est Lex de residendo. in t. r. de Cleric. non resident. & in Concilio Tridentino. sess. 24. de reformat. cap. 12. & ita censuit S. Congregatio. Garcias d. loco. num. 404. Nec, ob eandem rationem Episcopus, Navar. consil. de Cleric. non resident. S. Congreg. Cardin. sess. Garcias d. loco num. 406. cum seqq. Non obstante consuetudine contraria. Cum sit abusiva. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 13. Garcias d. loco. num. 416. cum seqq.

6 Residere tenentur omnes in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis Dignitatem obtinentes, licet non habeant vocem in Capitulo, nec cum ceteris participant distributiones aut fructus: d. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. praeterea obtinentibus, sed aliunde: Non tenentur, si habeant tantum expectantiam. S. Congregatio die 30. April. 1587. Garc. d. loco. num. 482.

7 Obtinentes Dignitates & Canonicatus, & Residentes, tenentur pro se, & non per substitutum obire officia divina sua Dignitati vel Canonici incumbunt: ut cantare Missas, Evangelium, aut Epistolam suis hebdomadis seu diebus. Concil. Trident. sess. 22. cap. 4. & sess. 24. cap. 12. vers. omnes vero. de reformat. Sac. Congregat. ibid. Sandoval. de offic. Ecclesiast. part. 5. cap. 3. & 4. Non facientes peccant mortaliter. Garcias d. loco. num. 500. & 513.

8 Suae obligationi, quoad residentiam & servitium chori & Altaris satisfaciunt; à Capitulis seu congregationibus Capitularibus licite abesse possunt. Praecipuum enim & particulare officium, & ad quod obligat S. Concilium Tridentinum, d. cap. 12. vers. praeterea obtinentibus: Canonicos est residentia & Ecclesiae servitium: Habere autem & dare vocem in Capitulo, est praeceminentia & fructus Canoniciatus. Gloss. fin. in c. 2. de in integr. restit. & ibi Butr. num. 44. Abbas. num. 21. Cardin. in Clem. 2. num. 23. de stat. & qualit. ordin. Felin. in c. cum olim. num. 2. de major. & obed. cui cedere possunt: Sed non debent, nisi ex iusta impeditenti causa. Garcias d. loco. num. 537. cum seqq.

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

LIB. IV.

32

TITULUS V.
De Divinis Officiis.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Tenentur Beneficiati ad officium. | 13. Obligat Possessio. |
| 2. Officium quid? Hora Canonica. | 14. Sola acceptatio. |
| 3. Earum mentionem faciunt Testamentum Vetus & Novum; Sancti Patres. | 15. Tenentur ad eas Commodatarius: sed qualis. |
| 4. Vetus quarum: | 16. Non Coadjutor. |
| 5. Quarum Novum. | 17. Plura Beneficia habens satisfacit officio uno. |
| 6. Quarum Sancti Patres. | 18. Illud omittens peccat semel. |
| 7. Earum ergo institutum est Juris Divini. | 19. Ut & omnes horas septem omittens. |
| 8. Beneficiati eas non recitantes, quomodo puniuntur. | 20. Dicentis officium secundum aliud à Romano quæ pœna. |
| 9. Quos fructus teneantur restituere. | 21. Bulla Pii V. quæ Verba. |
| 10. Ad horas quale obligat Beneficium. | 22. Beneficiatus, ut satisfaciat obligationi suæ, recitare debet Officium cum attentione. |
| 11. An Beneficii Titulus. | |
| 12. An nuda presentatio, | |

[Ppp]

23. Per

23. *Per se, non alium, licet solus, recitet cum socio.*
studiorum causa absit. 25. *Recitandum Officium*
 24. *Recitare si non valeat integrum.*

1 **N**on tantum ad Residentiam tenentur Beneficiati, sed & ad
 Officium diurnum & nocturnum, propter quod datur omne
 beneficium. *c. fin. de rescript. in 6. c. pastoralis. 53. de appell.*

2 Officium est, certas preces, certis & designatis horis
 dicere juxta sacrorum canonum sanctionem: Unde di-
 cuntur horæ Canonicae. *can. fin. dist. 92. c. 3. c. in diversis. de Clericis-
 jug. Dd. inc. 1. de celebrat. Missar.*

3 Institutum earum est antiquum: Meminit earum utrumque
 Testamentum Vetus & Novum. Meminerunt Sancti Patres: Jus no-
 strum Canonicum.

4 Testamentum Vetus: De oratione nocturna in Psalm. 118. vers.
 62. De laudibus matutinis, Psalm. 5. vers. 4. & 5. & Psalm. 62. vers. 8.
 & Psalm. 118. vers. 148. De prima, tertia, sexta & nona explicat Beata
 illud Esdra lib. 2. cap. 9. vers. 3. Legerunt in volumine Dei sui quater
 in die, & quater confitebantur & adorabant Dominum Deum suum. De
 hora tertia, & sexta & nona, explanant D. Cyprianus in serm. 6. D. Hiero-
 nymus in Comment. in Daniel. illud Daniel. 6. vers. 10. Tribus tem-
 poribus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo.

De Officio Vespertino; Psalm. 54. vers. 18. *Vesperè & mane &
 meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.* Et Psalm. 140.
 vers. 2. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

5 Testamentum Novum: De hora tertia: Actor. 2. vers. 16. De sexta:
 Actor. 10. vers. 9. De nona: Actor. 10. vers. 3. & Actor. 3. vers. 1.

6 Sancti Patres: Qui testantur semper in Ecclesia fuisse consue-
 tudinem laudandi precandique Deum & nocturno tempore, & Mane
 hora tertia, sexta, nona, & ad Vesperam. Vid. S. Clementem lib. 8. A-
 postol. consil. cap. 40. S. Cyprianum in serm. 6. S. Athanasium in lib.
 de virginis. sive de meditat. S. Ambros. lib. 3. de virginib. S. Hierony-
 mum

Corvinus
 De Personis
 et Benefic. Ecclesiast.

G IV
 32

mum in *epist. ad Eustochium. de custod. virginis*. S. Chrysoftom. *homil. 59. ad Popul. Antiochen.* S. Augustin. *serm. 55. de tempore.*

Jus nostrum *Canonicum* dicitur in *c. 1. de celebrat. Missar.* Sacerdotes antequam ad Missæ Sacrificium veniant, persolvere debere servitutis suæ pensum: Ivo Carnotens. *Epist. 19.* pensum appellat *Canonicum*: Alii *cursum Canonicum*.

Euna, Matutinali Officio, Prima, Tertia, Sexta, Nona: & Vespertina, horis fieri debere, tradit D. Clemens: *Loco alleg.* Divisim, D. Hieronymus *dicto loco*, stas scilicet temporibus, quibus signa pulsari debent.

Erant enim olim ad *Officium* peragendum horæ septem: Diurnæ quatuor; Tertia, Sexta, Nona & Vespera; Nocturnæ tres reliquæ. Testibus Basilio & Chrysothomo. *d. homil. 49. ad Popul. Antiochen.* Sed ea divisio, ut constat ex *d. cap. 1.* facta aliter: Nempe in Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, & Completorium.

Horarum ergo Canonicarum institutum, nec non divisionem, esse 7 juris Divini, patet.

Unde Beneficiati omnes eas non recitantes peccant mortaliter. 8 *c. fin. dist. 92. c. in diversis. de Cleric. conjug. Doct. in d. c. 1. Navar. de orat. cap. 7. num. 3. Azor. in Instit. Moralib. lib. 10. cap. 3.* Fructus tamen intra primos sex menses ab obtento beneficio perceptos nihilominus faciunt suos; *sec. Navar. consil. 19. de celebrat. Missar. Grassis in decis. aur. cas. consil. lib. 2. cap. 50. num. 13. Azor. d. lib. 10. cap. 14. qu. 2. 3. & 4.* Post perceptos restituta tenentur fabricis aut pauperibus, non secundum jus antiquum; *Innoc. Joan. Andr. Butrius. Abbas in d. c. 1. Felin. in c. postulasti. num. 7. de rescript. sed Concil. Lateranens. ult. sess. 9. §. statuimus. declarat per Constit. Pii V. 138. Garcias de Benefic. part. 3. cap. 1. num. 19.* Nisi bona fide horas recitare omiserint. *Azor. d. cap. 14. qu. 7.*

Restitutioni obnoxii restituere tenentur fructus omnes, etiamsi 9 beneficium sit curatum, aliave onera habens: ut *Missarum*, &c. (ut volunt conscientiarum laxatores multi) pro parte correspondente obligationi recitandi horas. Clarè enim hoc docet dictum Concilium

Lateranense ejusque Papæ Pii declaratio. *Garcias d. loco. num. 30. cum seqq. Navarr. de oratione cap. 2. num. 217.*

- 10 Ad recitandas horas Canonicas obligat beneficium omne, etiam renue. *Gloss. in can. Clericus. 3. dist. 91. & ibi Dd. & in d. c. 1. Cardin. in Clem. 1. de celebrat. Missar. num. 6. Navarrus d. loc. cap. 7. num. 27. Fum. in Armilla, verb. hora Canonice. num. 1. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficium. §. 4. & verb. Hora Canonice. §. 2. Garcias d. loco. num. 39. Non nullos reditus habens: Navar. ubi supra. Licet habuerit: Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 8. Valentia. tom. 3. disput. 6. qu. 16. puncto 3. vers. post.*
- 11 Titulus Beneficii, obligat etiam; si beneficium requirat residuam seu servitium: nisi sint reservati fructus cum servitio. *Carden. in Sum. qu. 186. punct. 2. Sarnens. in reg. de publican. qu. 2. casu 2. Flamin. Parisius. d. loco. qu. 9. num. 5. Garcias d. loco. num. 55. cum seqq. usque ad 58.*
- 12 Presentatio, Electio, seu Nominatio nuda ad Beneficium non obligat; ut nec Collatio facta ante acceptationem. *Navarrus cons. 17. de celebrat. Missar. Grass. d. decis. lib. 2. cap. 50. num. 16. Garcias d. loco. num. 84.*
- 13 Possessio beneficii obligat, licet litigiosa; *Azor. in Instit. Moral. lib. 10. cap. 4. qu. 9. Garcias d. loco. num. 86. cum seqq. & sit sine titulo justo. sac. c. cum qui. 7. de prebend. in 6. Azor. d. qu. 9.*
- 14 Imò sola beneficii collationis acceptatio, obligat. Dat enim jus in beneficio, c. si tibi absenti. & c. pen. & ibi Gloss. de prebend. in 6. Mandes. reg. 3. Cancell. qu. 13. num. 3. diciturque acceptans collationem esse verè beneficiatus, & habere seu obtinere beneficium; *Rebuff. in Concord. tit. de collation. §. volumus. vers. obtineat. & in forma mandati. Apostol. verb. obtinet. & fructus debentur ei tanquam Domino. Navar. d. cap. 7. de oratione num. 25. & 29. vid. Garcias d. loco. num. 32. cum seqq.*
- 15 Commendatarius ad sui, non Ecclesiæ utilitatem Beneficium habens in commendam, tenetur ad recitandas horas canonicas, cum habeat talis Commenda vim & effectum tituli, & talis Commendatarius fructus sibi percipere possit. *Modina de orat. qu. 7. & alii alibi per Garc. d. loco num. 105. cum seqq.*

CORVINUS
De Personis
et Benefic. Ecclesiæ

G IV.
32

Non tenetur Coadjutor ullus ratione coadjutoria. Cum hæc¹⁶
non sit beneficium. *Azor. d. lib. 10. cap. 4. qu. 1. Garcias d. loco.*
num. 109.

Plura Beneficia habens, uno Officio satisfacit: *sec. S. Thomam*¹⁷
quodlibeto, 1. art. 13. Cosmas in pragmat. sanct. tit. qualiter hora Canoni-
ca sunt dicende. verb. teneantur. & ibi Probus. Nicol. Ploue de horis Cano-
niciis. qu. 13. Garcias d. loco. num. 110. cum seqq. multis.

Illud omittens, non peccat nisi semel. *sec. Enriquez. & Azor.*¹⁸
quos alleg. Garcias d. loco. num. 124.

Similiter non peccat nisi semel, omnes septem horas Canonicas¹⁹
omittens. Sunt enim omnes una oratio, seu Officium unum sub præ-
cepto uno cadens. *sec. Nicol. Ploue d. tract. qu. 8. Sylvestr. in Sum. verb.*
Hora Canonica. num. 15. vers. 6. Zerolam d. praxi verb. hora. §. 10. Azor.
d. lib. cap. 7. quæst. 4. Eman. Sá. verb. hora. num. 14. Ledesma in Summa
de pœnit. cap. 19. aliosq. Lanfatoes.

Peccat Officium dicens secundum Breviarium aliud à Romano,²⁰
sed tantum venialiter; ita ut non teneatur ad fructuum restitutionem;
secundum Cajetan. *in Sum. verb. hora Canonica. Sylvestr. in Sum. verb.*
hora Canonica. qu. 12. num. 15. Fuminus in Armilla. verb. hora canonica.
num. 7. Zerolam d. loco. verb. hora canonica. §. 6. aliosque. Docentes
præcepti substantiam non in qualitate horarum consistere, sed in hoc
quod hora Canonica dicantur: Veruntamen licet secundum Jus anti-
quum sufficeret loci servare consuetudinem; *can. de iis. cum seq. can. pla-*
cuit. dist. 12. tamen hodie post constitutionem Pii V. positam in ini-
tio sui Breviarii dicendum, non recitantes per Breviarium Romanum,
nec secundum ejus præscriptum, & rationem, & formulam, atque se-
cundum ejus regulas, & rubricas, non satisfacere obligationi suæ, & in-
currere pœnas in non recitantes constitutus, atque adeo obligationem
restituendi beneficiorum fructus. *Alber. de Ferrar. de horis Canonice. num.*
94. Graff. decis. aur. lib. 12. cap. 51. num. 10. Summa Corona 1. part. cap.
1. num. 100. Corradus in respons. casuum conscientie. qu. 243. à princ. La-
te Garcias d. loco. à num. 150.

Verba Bullæ sic sonant: *Statuentes Breviarum ipsum nullo un-*²¹
quam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid adden-
dum,

dum, vel omnino detrahendum esse, ac quoscunque qui horas canonicas et more, & ritu ipsius Ecclesie Romane, jure vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis penis, per Canonicas sanctiones constituitur eos, qui divinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum posthac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas, ex hujus Romani Breviarii praescripto & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satis facere posse.

- 22 Recitare debet Beneficiarius Officium cum attentione debita, alioqui non satisfacit obligationi suae, & non minus tenetur ad restitutionem fructuum, quam non recitans. *Navarrus d. loc. cap. 20. num. 32. Grass. d. lib. 2. cap. 51. num. 7. Fr. Emman. Rodrig. tom. 1. qu. regul. cap. 143. num. 1. Suar. 5. tom. disput. 4. sect. 2. num. 26.*
- 23 Recitare debet ipse, non per alium, l. omnem adhibentes. 4. q. 10. Cod. de Episc. & Cleric. licet studiorum gratia absit. *Nicol. de Ebne, de horis Canonic. part. 1. qu. 6. Trotius tract. de perfect. Clericor. cap. 42. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 6. num. 13.*
- 24 Recitare non valens sine socio, recitare debet cum eo. *Grass. d. lib. 2. cap. 54. num. 1. 3. & 10. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 144. Fufi. de 25. visitat. lib. 2. cap. 20. num. 25.*

Integrum Officium recitandum: nisi impediatur infirmitas. *Fr. Emman. d. cap. 144.*

TITULUS VI. De Professione Fidei. SUMMARI A.

1. Provisi de Beneficiis *tenso.*
professionem fidei debent
facere.
2. In cujus manibus.
3. Dicta necessitatis ex-
4. Sufficit eam emisisse se-
mel.
5. Sede Episcopali vacante.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

te professio debet fieri in 8. Quibus fructus antea percepti applicandi. Capitulo.

6. Lapsus mensium non liberat.

9. Fidei professionem se

7. Quando incipiunt fructus facere suos.

emisisse ostendere debent provisi.

Provisi de beneficiis, si velint fructus facere suos, intra duos menses ab adeptæ possessionis die debent juxta formam à Papa Pio IV. in *constit. 112. & 114. traditam*, sponte fidei facere professionem.

Si beneficia curam animarum habent annexam, in manibus Episcopi; vel eo impedito, coram ejus Vicario Generali, seu Officiali: Si sint Canonatus & Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali; sed & in Capitulo secundum Concilii Tridentini decretum; *sess. 24. de reform. cap. 12. vers. provisi etiam. & ad illum S. Congregation. declarat.*

Quod videtur extendendum ad Ecclesiarum Cathedralium Perfonatus & Officia; quia in Jure æquiparantur Dignitatibus; *Garcias de benefic. 3. part. cap. 8. num. 15. non Collegiatarum Ecclesiarum Canonicos: ut censuit S. Congregatio sup. d. cap. 12. vers. provisi. 12. Febr. 1588. nec provisos in Collegiatis, aut de Portionibus in Cathedralibus, etsi de consuetudine Portionarii habeant vocem in Capitulo: nec habentes Beneficia Simplicia. Garcias d. loco num. 12. cum seqq. Diss. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficium. §. 5. & verb. fidei professio.*

Qui semel fidei professionem emisit in adeptione Beneficii Parochiatus vel Canonatus, repetere eam teneri adipiscens alium; ut declaravit Sacra Congregatio; *teste Garcias d. loco num. 17. & seq.*

Sede Episcopali vacante debent provisi fidei professionem facere in Capitulo, sed præsentè Eius Vicario. *Garcias d. loco num. 25. & 26. 27. & 28.*

Non eos liberat, ab obligatione eam emittendi, lapsus, à die adeptæ

ptæ

ptæ possessionis, duorum mensium Nec enim dictus terminus duorum mensium positus ad finiendam obligationem, sed ad differendam executionem. *Abbas in c. cum dilecti. 6. num. 12. de dolo & contum. N. varr. in manuali. cap. 21. num. 45.*

- 7 A tempore professionis factæ incipiunt fructus facere suos: *N. varr. consil. 7. & 8. de iurejur. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 10. pp. 9. num. 4. 5. & 15. Fr. Emman. Quæst. Regular. tom. 2. quæst. 119. Garcias d. loco num. 34.* Antea perceptos restituere tenentur in concientia. *Garcias d. loco num. 35.* Propter Concilii verba: *Impediorum requisitionem.*

Nec eos excusat consensus Capituli: *fac. 1. commissa. de electis 6. Garc. d. loco num. 50. ut declaravit S. Congregatio: ad d. c. 12. an Ordinarii: ut censuit S. Congregatio: sup. d. cap. Narvar. consil. 3. num. 1. de Cleric. non resid. Fusc. d. lib. 2. cap. 3. num. 4. in fin.*

- 8 Qui fructus applicandi fabricæ, aut pauperibus perinde ac fructus Non-residentium. *arg. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. si quis autem. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 4. Flam. Paris. d. quæst. 9. num. 123. cum seq. Zechus de benefic. & pension. cap. 13. num. 3. Garc. d. loc. à num. 37.*
- 9 Fidei professionem se emisisse tenentur ad petitionem Ordinarii, aut Visitatoris, ostendere Beneficiati. *Not. in c. ordinariu. de Offic. Ordin. in 6.*

TITULUS VII.

De Obligatione suscipiendi Ordines.

SUMMARI A.

- I. Beneficiati tenentur suscipere Ordines, intra

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV
32

- intra tempus cer- assumendi Ordines,
tum. pena eis annexa
2. Non suscipientium qua
pana. qua.
3. Accipientium Bene- 4. Quidsi sint Beneficia
ficia sine intentione simplicia.

Beneficiati ad Beneficia ordines annexos habentia, obli-
gantur infra annum à die pacifica possessionis, vel quo per
cos steterit, quo minus eam habeant, Ordines requisitos sus-
cipere. c. licet canon. c. commissa. de elect. in 6. Clem. ut ii, qui
atat. & qualis. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 4.

Non suscipientes; si Parochi; Juro Parochiali privantur ipso ju-
re: d. c. licet canon. & d. c. commissa. & ibi Dd. Rebuffus in praxi. tit. de
non promotis intra annum. Diaz. in praxi Crimin. cap. 53. & ibi Salcedo.
Parisin. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 2. Zerola in praxi Episcop. parte 1.
verb. beneficium. §. 4. si alii; puta obtinentes Dignitates, Canonicatus,
aliave beneficia; non quidem incurrunt privationem ipso jure, cum
d. c. licet canon. solum procedat in Parochialibus; Gloss. ibi, verb.
parochialis. c. statutum. eod. & ibi Gloss. Domini c. Francus num.
2. Bonifac. in d. Clem. ut ii qui. §. illi verò. num. 9. Rebuff. d. loco.
num. 28. Diaz. d. loco. num. 5. & ibi Salcedo in addit. sed, quamdiu non
fuerint promoti, non habent vocem in Capitulo; licet Capitulum &
Episcopus concedant: & distributionum partem dimidiam perdunt:
d. Clem. ut ii qui. §. illi verò. & ibi Gloss. & Dd. d. Concil. Trident. sess. 22.
de reform. cap. 4. S. Congreg. ad illud. Moniti si non obtemperent;
possunt privari beneficiis. S. Congregatio. ad d. cap. Garcias de benefic.
parte. 3. cap. 4. num. 16. Nisi careant atate ad ordinem requisita. Re-
buff. d. loco num. 55.

Accipientes Beneficia sine intentione assumendi ordines iis an-
nexos, peccant mortaliter, & tenentur ad fructuum restitutionem. d.
c. commissa. §. ceterum. Panorm. in c. relatum. de Cleric. non resident. Do-
min.

min. inc. scivitas. §. 1. in princ. de sent. excommun. in 6. Francus inc. 1. de temporib. ordinat. in 6. num. 7. limit. 6. Sanchez. lib. 3. disput. 41. num. 4.

7 Non beneficia simplicia, quibus non est annexus ordo sacer; ni-
mo quidem satisfaciendi eorum oneribus, sed non ascendendi ad or-
dinem sacrum, accipientes. *Navarr. in man. cap. 25. num. 118. de
conf. x. de prebend. Quintanaduennas Ecclesiasticon. lib. 4. num. 66. Je-
cob. de Grass. in decis. aur. casuum conscientie lib. 2. cap. 97.
num. 53. Frat. Emman. in Sum. tom. 1. cap. 30. num. 8.*
Vide supra tit. 11. libri 3.

Corvinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32



LIBER